

Sacra Regia Maiestas

8. 5. Julij 1622. de

309

1100

Quanti in Catholica Ecclesia faciendum sit Sex<sup>mi</sup> Poloni Regis patrocinium, in Con-  
sistorio, quod hodie habitum est, Praesules omnes docuit S<sup>mo</sup> S. N. Cum enim  
quatuor clarissimoz Praesulum lectione sacrum Senatum suppleverit, Cardin-  
nalem renunciavit Ill<sup>mo</sup> S. Cosmum de Torres Archiep<sup>um</sup> Adrianopolitanu  
Regia M<sup>o</sup> V<sup>ra</sup> suffragatione commendatum, quamvis multis alijs egregia  
virtutes de Catholica Religione optime merita eandem dignitatem peterent.  
Qua quidem in re duplicem sua cepit iucunditatis fructum: nam ei Regi  
gratificata est, cuius fortitudo barbaroz hostium terror, pietas orthodoxae fi-  
dei propugnaculum, prudentia vero Poloni Regni foelicitas habetur: cum aut  
amplissimis honoribus eum Praesulem ornavit, qui genere nobilis, sapientia  
clarus, non minus virtutum, quam purpurea splendoribus in Romana Eccle-  
sia fulgebit. Volui meis literis nunciari hoc Regia M<sup>o</sup> V<sup>ra</sup>, cui et insignem  
hanc Pontificia benevolentia testificationem, et novam Ill<sup>mo</sup> huius Card<sup>is</sup>  
dignitatem gratissimam fore certo scio. Cognovit in hac deliberatione S<sup>tas</sup> sua  
egregiam observantiam meam erga M<sup>o</sup> V<sup>ram</sup>, cui dum Pontificia autho-  
ritas gratificatur, me novis beneficijs augeri existimo. Neum optimum  
Maximum veneror, ut diuturna foelicitate Regia M<sup>o</sup> V<sup>ra</sup> Catholicam  
Religionem in istis provincijs tueatur, atq amplifiet. Roma v. Septembris 1622

Sacra Regia M<sup>o</sup> V<sup>ra</sup>

Huic<sup>o</sup> S<sup>tas</sup>  
Martini

312

Συνοδική ἑκκλησία Ἁγίου Πνεύματος